Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25997
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Quod quia nos omnes.
Prophete patriarche apostoli quique sunt et ante incarnationem eius premissi.
ut ab incarnato missi. omnes nos de plenitudine eius accepimus.
Hos uasa sumus. ille fons. Si quis intellegimus fratres mysterium. iohannis
homo est. xpe deus est. Humiliet se homo. ut exaltet se deus. secundum
illud quod de domino ipse iohannis dicit. Illum oportet crescere.
me autem minui. Ut quia humiliatus est homo eo die natus est iohannes
quo incepium decrescere dies. ut exaltet se deus. eo die natus est xpe
quo incepium crescere dies. Magnum sacramentum fratres diuinum.
deo celebramus natalem iohannis sicut xpi. quia ipsa nativitas
plena est mysterio. Quo mysterio. nisi humilitatis nostre. sicut
nativitas xpi plena est mysterio altitudinis nostre. Ergo ut omnes
in homine minuamur. ut in domino crescamus. In nobis humilie
mur. ut exaltemur in illo. Humiliet se humana per superbia. ut cres
cat diuina miseratio. Nam hui rei sacramentum. etiam in pas
sionibus exemplum est. Ut minuat se homo caput iohannis
abscidit. ut exaltet se deus. xpe in lignum suspendit. Quare
autem beatum iohannem dominus et saluator nostrum lucernam esse dixe
rit. et quare cum ante se mittere uoluerit. breuiter si
iubetis carnatus ure auribus intimabo. Premissus est enim
iohannis uelut uox ante uerbum. lucerna ante solem. precio ante
iudicem. seruus ante dominum. amicus ante sponsum. Et quia uni
uersum mundum peccatorum tenebre. et nox infidelitatis ob
presserat. et solem iustitie aspicere non ualebant. beatum iohannis
quasi lucerna premittit. ut cordis oculi quia luppitudine iniq
tatis oppressi. magnum et uerum lumen uidere non poterant. et
lumen lucerne primum quasi tenuem splendorem uidere con
uiscerent. et peccatorum paulatim nubilo remoto. et infi
delitatis humore digesto. adueniente xpo ab illo celestis